



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

Quo Praeter Varias Ac pervtiles Additionibus praecipuis & in foro
potissimum occurentibus Tomi primi Quaestionibus annexas, etiam S.
Rotae Romanae Decisiones Novissimae De Eadem materia editae, &
singulari studio selectae continentur - Hac postrema editione
praecedentibus duobus Tomis primum additus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agr., 1684

Decisio LVI. Dominium & superioritas ex quibus probetur. Ex de juribus
Epsicopi quoad Ecclesias exemptas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61921](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61921)

D E C I S I O LVI.

Dominiū & superioritas ex quibus probetur. In
de iuribus Episcopi quoad Ecclesias exemptas.

R. P. D. Bichio.

Cathacen. Ecclesiæ.

Lunæ 23. Iunii 1642.

S U M M A R I U M.

- | | | | |
|---|---|---|--|
| 1 | Dominiū ad quemcunque effectum probatur ex enunciatiuis antiquis donationum, & recognitionum. | 7 | Episcopus visitando non potest iuris capituli prejudicare non cognitis illius scientia. |
| 2 | Eoque magis iunctis adminiculis. | 8 | Confraternitas est quid separatum à Ecclesia, & ab una ad aliam non fertur. |
| 3 | Pro domini adminiculo deseruit pluralitas instrumentorum. | 9 | Episcopus potest visitare etiam locum quam Sedis Apostolica delegatus dispositione S. Concilii Tridentini Sess. 7. cap. 8. & Sess. 21. cap. 8. determinat. |
| 4 | Ad dominiū probandum valde conducunt præstationes annuæ in recognitionem domini. | | |
| 5 | Dominiū probatur ex insigniis positis super portam. | | |
| 6 | Maximè in antiquis, in quibus dominiū etiam per iudicia, & conjectu- | | |

Enfuit Rota Ecclesiam sub invocatione S. Jo. Baptistæ disciplinatum civitatis Cathacenſis spectare ad Capitulum Lateranense.

Illud

Illud enim vigore privilegiorum à Summis Pontificibus obtentorum, dedit potestatem Joanni Soldato dictam Ecclesiam construendi de Anno 1532. cujus potestatis vigore Soldatus de eodem anno Ecclesiam construxit in solo sibi ad id concessio à communitate Ca. hacensi, eandemque Ecclesiam donavit Capitulo, quod donationem accepit, ac omnia privilegia communicavit Ecclesie donatæ, & confraternitati in ea erectæ, à qua tamen voluit sibi singulis annis pro recognitione domini præstari libram cere laboratæ, prout hæc omnia habentur in publicis documentis monitorii A. C. dictæ concessionis factæ à Capitulo de anno 1532. quod cum sint plura, & excedant centum Annos, etiam enunciative sufficiunt ad probationem domini ad quemcunque effectum tam ex parte donantis, quam Capituli donatarii. Bald. in l. cum aliquo, numer. 4. Et ibid. Jason. numer. 4. C. de parte deliber. Felin. in cap. cum causam, numer. 4. vers. tamen instrumenta, de probat. Dec. conf. 146. numer. 14. Socin. conf. 187. numer. 5. lib. 2. Menoch. conf. 409. num. 9. Et 10. Cassad. decis. 3. num. 3. de procurat. Afflic. decis. 204. lib. 2. in Corr. Rotam recent. decis. 91. numer. 2. par. 1. dec. 223. numer. 4. par. 2. decis. 81. numer. 12. par. 5. Et in Papien. bonorum 28. Aprilis 1595. coram bon. mem. Card. Millino Et in Romana devolutionis 28. Maii 1625. coram bon. mem. Pirovano.

Et magis jundis adminiculis. Ripa in l. aliquam rem, numer. 39. ff. de acquir. poss. Dec. d. conf. 146. num. 14. Paris. conf. 104. num. 82. Et seq. lib. 1. Cas. de Grass. decis. 10. num. 7. de causa poss. Et propriet. Caval. decis. 269. num. 3.

Quæ hic non desunt, nam Capitulum primam concessionem à se ut supra factam confirmavit & renovavit de Anno 1576. item Anno 1610. & 1620. ut patet ex publicis instrumentis Summar. numer. 4. & pluralitatem instrumentorum pro adminiculo domini adducit. Socin. d. conf. 187. numer. 16. lib. 2. Macrobr. conf. 52. num. 10. Rot. decis. 193. num. 2. par. 2. recent. decis. 81. num. 15. par. 5.

Item dantur præstationes annuæ cere Capitulo in recognitionem domini ut supra promissa per Annos quinquaginta. Summar. numer. 5. quæ valde conducunt ad probandum Dominium. Roman. conf. 127. numer. primo, Alexand. conf. 8. numer. 2. lib. 7. Menoch. conf. 469. numer. 12. Palasc. de jure emphyteut. quest. 9. numer. 17. in fine. Seraphin. decis. 869. num. 3. Rota decis. 290. numer. 4. par. 1. recent. Et decis. 79. num. 4. par. 5.

Apparet etiam quod non semel officiales confraternitatis fuerunt electi de mandato Capituli Lateranensis, & insuper quod supra portam magnam Ecclesie, nec non in lapide fontis Baptismalis, ac aliis in locis adlucis insignia Capituli, quæ domini argumentum præbent. Afflic. decis. 23. num. 4. Rota decis. 374. numer. 7. par. 2. recent. decis. 279. numer. 2. par. 4. decis. 234. numer. 8. Et seqq. par. 7. maxime in antiquis, in quibus dominium etiam per indicia & conj. cturas probatur. Socin. conf. 205. num. 2. lib. 2. Decim. conf. 146. num. 12. Paris. conf. 104. num. 102. lib. 1. Caputaq. decis. 238. Et 175. lib. 3.

275. lib. 2. in manuscripti. Rota decis. 193. num. 2. par. 2. decis. 81. n. 13. par. 3. recent.
- Non obstat quod Episcopus aliquando Ecclesiam visitaverit, nam non constat de scientia Capituli, cujus iuribus non potuit alioquin præjudicium inferri. *Manu de 40. num. 9. Rota decis. 560. num. 1. & 655. num. 3. par. 3. rec. decis. 197. n. 8. post. Molen. de manuten. nec visitationes loquuntur de Ecclesia, sed de confraternitate, quæ quid leparatum ab Ecclesia, ita ut ab una ad aliam non possit inferri: Petr. de Ubi. de canon. port. Episcop. num. 9. & 22. Rota coram bon. mem. Coccino. decis. 772. numer. 2. hodie non agitur de jure visitandi, quod ultrò potuit competere Episcopo auctoritate sibi delegata à Sede Apostolica ex dispositione Sacri Concilii Tridentini, sess. 21. cap. 8. & sess. 21. cap. 8. de reformat.*
- Et ita decum Capitulo tantum informante, altera tamen parte sæpè citata.

DECISIO LVII.

In fundo donato, si Ecclesia à donatario constructatur, ad ipsum spectat, & potest Ecclesia constructa in alium transferri, non attento quod idem fundus fuerit alteri donatus, quia semper præferendus est primus donatarius, cui traditus fundus antea fuit, & traditio ex quibus probetur.

R. P. D. Bichio.

Cathacen. Ecclesiæ.

Mercurii 10. Junii 1643.

SUMMARIUM.

1. Renovationes successivis temporibus facta primam concessionem per necessitatem sup. 2. Instrumenta ad invicem administrentur, & sumentum recipiunt.

3 Junii

Interim-
pressas Bi-
chii decis.
333.